DISPUTATIO
Juridico-Politica
De
JURE BELLICO.

Auſpicio & Auxilio S.S. Triados permiſſu & conſenſu Magnifici JCtorum Ordinis in illuſtri Salana Academiâ.

SUB
PRÆSIDIO
Clariſsimi & Conſultiſsimi Viri,

Dn. VALENTINI RIEMERI J. U. D. P. P. ET SCA[...]
tus ibidem Aſſeſſoris digni[...]
ceptoris ſui
Publici

GEORGIU[...]

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Illuſtriſſimo, Sereniſſimo, Celſiſſimoq;
Principi ac Domino,

Dn. GEORGIO FRIDERICO, MAR- [illegible] DENSI ET HACH- bergen[illegible] [illegible]vio in Suſenberg/ Dynaſtæ in Röteln &c. Baden- weilen/ Domino ſuo Cle- mentiſsimo.

Diſputationem hanc de JURE BELLICO

In

Debitæ Subjectionis teſtimonium ac Symbolum obſervantiæ debitâ, quâ par eſt, humilitate [illegible]; reverentiâ

[illegible]fert & conſecrat, ſe ſuaq; humilimè commendat

[illegible]GIUS WOLFF
[illegible]uth & Reſp.

In nomine Domini noſtri

Jeſu Chriſti, qui & res penitus deſperatas donare & conſumare virtutis magnitudine poteſt. *l.1. §.2. in fin. C.d.V.J.E. l.decere.3. C.d. S. S. Trinit.* ad omnia conſilia, omneſq; actus ſemper progredimur. *l.2. C.de offic. præf. Afric.*

POSITIO I.

MAXIMIS VIRTUTUM PARtibus VITAM MILITAREM condecoratam eſſe dicit eleganter *Nobiliſſim. D. Johannes à Chokier in notis ad Onoſand. Strategic.* Utpotè quæ originis & amplitudinis ratione eam meretur laudem, quam nec dicendo quisquã exprimere promeritis poſſit. Per hanc etenim Virtutẽ polum ſe pulſaſſe apud Enniũ gloriatur Scipio Africanus: Et Cicero Herculem eãdẽ viâ cœlũm conſcendiſſe teſtatur. Nec hîc alieni ſunt Turcæ, qui nullorum animas majori compendio in cœlũ evolare credunt, quàm virorum fortium, qui in bello cecidére. *Aug. Busbeg. epiſt. 3. p. 200.* Hinc eſt, quod ii, qui pro Republica cecidere, in perpetuum per gloriam vivere intelligantur. *Inſtit. d. excuſ. tutor. in princip.* defunctiq; honorib. afficiebantur. *Petrus Heigius quæſt. illuſt.* Magnum namq; & inæſtimabile eſt, mortem contemnere & pro dignitate ac ſalute omnium vitam libenti animo & infracto pectore profundere, nec ullum patriæ periculum vitæ denegare. *Ferdin. Vaſquius in quæſt. illuſt. cap. 9. lib. 1.*

2. His mecum perpenſis altius eam rem meditari cœpi,

adductus materiæ hujus tùm præſtantiâ: quis enim aliunde dignitatem, illius quàm ab authore & fine æſtimet? Author quidem eſt Imperatoria Majeſtas. *Ampliſſim. & Conſultiſſim. Dn. D. Molling Fautor & Promotor meus ſummè ſuſpiciendus th. 8. diſp. inaugural. d. Regal. b.* Finis Reipublicæ proſperitas. *Vaſquius d. l. lib 1. cap. 10. num. 9.* paſsiq; favor ampliſſimus. *c. noli exiſtimare 23. q. 1. c. apud. 32. q 2. Ventura de Valentiis in parthenio litigioſo. cap 3. num. 7. idem. lib. 2. n. 7. 6.* Sed Sol facib. illuſtrari non debet. *c. ſi omnia 6. q. 1.* nec magnâ egent commentdatione, quorum utilitas ipſa ſeſe oſtendit. *l. util. 1. ff. d. in integrum reſtit.* Tùm frequentiâ. *argm. l 25 ff. d. libert. legat.* quotidiè enim de belli conditionibus, apparatu non nihil inaudimus, hâc præſertim tempeſtate, ubi omnes propemodum univerſæ Europæ anguli bellum crepere & militari videntur. *Sangerus d. Jure bello. Lipſ. pol. lib 5. c. 1. num. 10.* Sævusq; Mars ubiq; dominetur, plenius itaq; cum quotidiana, attingenda. *Conſult. & Ampliſſ. D. Mülpfort in præfat. diſp. d. Reconventione.*

3. Quamobrem non abs re & inſtituto meo alienum duco, ſi exercitii & animi gratia, cujus pabulum veritas eſt. *Scaliger d. ſubtil. ad Cardan.* præſentem hujus mundi ſtatum, ejusq; faciem mecum conſiderem, breviſſimisq; quid de bellico jure ſtatuendum, propitiante divini numinis aura pro virib. ingenii, diſquiſitioni placidæ ſubjiciam, nihil interim cuiquam præſcripturus.

4. Veruntamen cum ordine nihil præclarius, nec illuſtrius. *Muret. in orat. 8. l. 1. Bocerus. in præf. d. bello & duello. Ulpian. l. 1. ff. d. reb. credit. l 1. ff. d. J. & J. l. 1 §. 1. ff. d pactis l. 5. ff. d. peculio l. 2 ff. d. Sponſalib. confer. §. bis. g. 2. Inſt. d. J. & J. conſtit. Deo auctore §. cumq; ut hoc 5. ibi omne opus moderatum, & mox, ordini moderato tradatis.* Rectè huic præcepto aures accommodabimus, & omnium primo ordinis ratione, vocabuli etymologiam excutiemus..

5. Nomen itaq; ſi ſpectemus, non eſt una ubiq; belli denominatio, ſecundum quoſdam enim bellum κατ' ἀντίφρασιν quaſi minime bellum dicitur. *Tholoſan. lib. 11. d Repub. cap. 1. num. 5.*

rum.5. ſemel enim hoc exortu, nunquam ferè priſtina pax renaſci ſolet. *Schonborn pol lib.6 cap.1.* ſicq; formidabile, plurima ſecum damna & incommoda afferens *Vaſquius. d.loco n. 6 & 7* nihilq; aliud quàm lerna, ſentina, & cumulus omnium malorum. *Ventura d.Valentiis in parth.litig. lib 1.cap.3 num.11.* Quidam belli vocem à beluis oriri volunt, quod beluarum ſit, non hominum in mutuum ſævire exitium. *Lipſ.lib 5.cap. 3 n.3. Melchior Junius part.2.q.67.* Contrarium eliditur *ex c.noli exiſtimare 23.q.1.c.apud. 32.q.2.* ubi bellũ derivari videtur à bono, ratione videl. finis, comparatũ enim eſt ad conſtituendã pacem, licet ex accidenti quædam eveniant mala. Alii bellum à Belo denominant, qui prius gladium ferreum invenit. *Vegetius d.bello.cap.8.* Quo etiam alludit *Tibullus.Eleg.10.lib.10.*

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes,
Quam ferus & verè ferreus ille fuit.
Tunc cædes hominum generi tùm prælia nata,
Tunc brevior diræ mortis aperta via eſt.

Rectius & probabilius facere videntur, qui bellũ à Græco nomine βέλος, quod telum ſignificat, derivant, bellum enim telis geritur. *Bocerus d bello.cap.3 num. 2.*

6. Miſſa vocis originatione, definimus bellum quod ſit actio hoſtilis, ad injuriam depellendam, vel vindicandam, à Magiſtratu, vi armisq; contra hoſtes, pacis retinendæ vel conſequendæ gratia, legitimè ſuſcepta & adminiſtrata. *Althuſius pol.cap.30. D.Chriſtian. Matth.in ſyſt.pol.Exercit.7.th. 83.Schonborn lib.6.cap.1.*

7. Hinc omnes iniquæ excurſiones excludendæ. *Elias Schroder in delineatione Juris bellici Waremund.de Erenberg. cap.1.num.60 d.fœderib.* Concurſus incerto authore & duce belli denegandi *Geil.lib.1.cap.4 num.36.d.pace publ* prædationibus & his malis ſimilibus propter quæ militare delictum obſiſtendum & reſiſtendum *Schonborn d.l.lib.4.c.7.* Bellum enim ex legitimi magiſtratus edicto ſuſcipiendum, quo minus non bellum ſed latrocinium duntaxat nuncupatur. *Bocerus d. l. cap.1.* Quo facit *Conſtit D.Ferdinandi Imp.in receſſu Auguſt.d. anno 1555.§.* So haben wir *cum §.ſeq.& §.* Wo ſich aber *cum ſeq. ordin. pars, 2.tit 15. Confer idem §.* Damit denn hinfüro *Receſſ.*

Imp d. Anno.1559. ubi conſtituitur, quod hujusmodi turbatores pacis publicæ & coluvies hominum ipſo facto, abſq; ullâ ſententiâ declaratoriâ in bannum Imperii inciderint, & pro bannitis habendi ſint, ratio colligitur *ex l. hoſtes. ff d. captiv. & poſtlim. reverſ. l. hoſtes. 118. ff. d V S.* quia non militum ſed latronum & prædonum nomine digni ſunt.

8. Definitioni proxima eſt diviſio, ut quæ ex ſubalternis præceptionibus naturâ notior. *Bocerus in præmio juris bellici.* Variæ autem hic belli occurrunt ſpecies, de quibus *vide Schonborn l.6.c.2. Gail. d. pace publ. l.1. cap.4. n.4. Jacobin. d S. Georgio. d feud. fol 68. num.9.* Nos, cum partim non ſint generi conſentaneæ, neq; inter ſe diſſentaneæ, eaſdem rejicimus, & bellum rectius in defenſivum & invaſivum dividimus. *Johann. à Chokier. cap.4. ad Onoſand. ſtrateg.*

9. Cauſam efficientem attinens eſt illa duplex. 1. Principalis. 2 Impellens.

10. Etenim cum extra dubitationis aleam poſitum ſit, ante legem latam regiam populum Romanum ſolum indicendi belli jus habuiſſe. *arg. l. hoſtes. 24. ff d. captiv. & poſtlim. reverſ. l. hoſtes. 110. ff. d. V. S.* Verùm cum omne illud jus, omnemq; ſuam poteſtatem ipſa latâ lege Regiâ Imperatori conceſſerit. *§ ſed & quod principi. 4. Inſtit. d. J. N. G. & C. l.1. ff. d. Conſtit princ.* Principaliter & regulariter ſoli Supremæ hujus mundi Monarchæ jus belli indicendi aſcribendum. *Conſultiſſ. & Ampliſſ. D. D. Molling. in loco ſuper alleg. Geil d. loco. Heig. p. art. 1. q. 12. num. 31. & ſeqq.* ut qui hoc jure majeſtatis ferè nullo majori condecoratus *l. unic. C. ut armor. uſus. Bodin. d. repub. lib.1. cap.10. num.155.* Unde adeò majeſtati cohærere dicitur, ut nullo modo ab ea divelli queat. *c. jus militare diſtin. 1. l. unic. C. d. t.* Imò in crimen læſæ majeſtatis incidunt, qui Majeſtatis injuſſu bellũ movent. *l neminẽ. 17. C. d. re milit. l. ſi ex ſtipul. ff. d. acquir. poſſ. l.3. §. eadem. ff. ad l. Jul. Maj l. nec ex vera. C. d. quadr. præſcript. Jacobin. d. S. Georgio in tract d feud. fol. 68. num. 10. Confer ord. Cameræ p.2. tit.15. ibi.* Aus der Keyſerlichen Majeſtät / oder unſerm Zugeben und Erleubnüß. *& in Receſſu. Auguſt. d anno. 1555. §* wo ſich aber *cum §. ſeqq.*

11. Suadet hoc ordo naturalis mortalium paci accommoda-

modatus, ut ſuſcipiendi belli autoritas atq; conſilium apud Principes ſit. *c. quid culpatur. 23. q. 1.* Quod ſi ad unum non referatur inquit Arniſæus politicorum decus, nunquam deerit, vel ſeditioſa civitas, vel alius quipiam extraneus, qui excogitatâ veriſimili quadam cauſâ, bello laceſſere vicinum ſuum non audeat. *lib. 2. cap. 5. num. 11. d. jur. majeſt.*

12 Verùm quamvis Imperator ſolus bellandi poteſtatem habere videatur ex modo allegatis, hodierna tamen, eaq; conſtans & laudabilis conſuetudo quaſi per modum conventionis inter ſtatus Imperii introducta, multisq; receſſib. comitiorum confirmata, altas egit radices, ut non Imperator ſolùm (cujus jus quodammodo limitatum.) verùm etiam ordines de bello inferendo ſtatuant. *Waremund. d. Erenberg. c. 2. n. 32. d. fæderib. item num. 56. Heig. q. 11. l. 1. num 29 Andr. Knich. d. jur. ſublim territ. c. 3. fol. 40. num.* 364. Sicque quin ipſimet ex cauſis impellentibus inconſulto Imperatore, bellum movere, delectum agere, ad arma convocare jure territorii poſſint, minimè ambigitur. *Andr. Knichen. d l. Altbuſ. pol. cap. 35. num 9.*

13. Quibus conſequens eſſe videtur. Principes Rom. Imp. omnia etiam ea exercere poſſe, quæ Imperatori in ſignum ſuperioritatis conceſſa ſunt. *Berlich. part. 2. concluſ. pract.* 4. *num. 20. Schrader. d. feudis ſect. 1. num 33 tom. 2. Syring. d. pace Religionis th. 39. l. a. Geil. lib. 1. obſ. 21.* Imò parum abeſt, quin omnia quæ ad Imperatoris potentiam pertinent, eadem ad illos etiam extendantur. *Knichen. d. l. num. 386.* Sic æquè gratiæ Dei, ſuum principatum, dominatum, & ſuperioritatem acceptam ferunt, id quod in Gallia abſq; crimine majeſtatis nemo Principum ſcribere audet. Hinc etiam Guilhelm. Bruſſius in conſilio de bello adverſus Turcam feliciter gerendo fatetur, ſe ut in Italia palatia, & antiquitatum monumenta, in Gallia milites, in Hiſpania præſules, in Anglia agricolas, in Polonia nobiles, ita in Germania Principes omni laude & admiratione dignos inveniſſe.

14. Cauſa Impellens, ex qua licitè bellum movetur, eſt ſumma & inevitabilis neceſſitas, poſitâ namq; neceſſitate & offenſione, neceſſariò quoq; ponenda erit defenſio. *arg. l.*

vim vi.3.ff.d J.& J. quam duplicem appellamus. Propriam & alienam.

15. Propria eſt: 1. Cum vim à nobis noſtriſque ar emus, & ſic patriam, libertatem, parenteſq e armis tegim s *Lipſ. pol. cap 4. lib.5. num 4. Althuſ. pol. cap. 35 num. 4.* quæ defenſionis ratio lex veritatis di itur. *c. non infert. 23 q. 3 juris naturalis l. 5 ſ. 27. ff. d vi & vi armat. l. 1. ff. d. 4 bonis cor qui ante mortē. H lliger in Donell. Enucl. lib. 1. c 7. l E. Vaſq. controv illuſt lib. 1 c. 18.* Quæ nec Diabol denegandа. *Ampliſſ. & Conſultiſſ. D. Foman in prælect. J. C. c. 7 q 1 Johan d. Arnono in pract ſua judic. fol. 3*[?]*4. c 9.* Nō enim ſcripta, ed nata lex eſt, quam nondidicimus, legimus, verùm ex naturâ ipſa arripuimus, hauſi us, expreſſimus, ad quam nō edocti, ſed facti, nō inſtitut , ſed imbuti ſumus, ut ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in v m, in tela lat onum, aut ini i ico um, incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet exped endæ ſalu is præclare Romani el quii flos Cicero loquitur pro Milone. Vita equidem noſtra virginitati cùm comparetur. *l. unic. C. d. rapt. virg.* q iâ ſemel ablata nunquam naturaliter recurrit, defenſionis gratia juſtè & licitè belligeratur.

16. 2. Cum res vi n bis ablatas repetimus. Ut enim nunquam poſſeſsiones juſto bello acquiſitæ ex eâdem cauſa repeti poſſunt. *Kirchner. d. republ diſp. 17. th. 2. l. B.* omneq; captum ex hoſtib. victori ſubjiciatur *arg. l. naturalem 5. §. fin. l. adeo quidem 7. in princip. & l. transfugam 51. ff. d. acquir. rerum. dom.* Ita è contrario injuſto bello poſſeſſion nobis quaſi furtim ablatæ repetimus. *Halicarnaſ. antiq. lib. 6.* Salvo igitur jure Turcarum Imp. Chriſtianos nos invadentem non modò juſtè repellimus; verùm etiam legitimè arma adverſus ipſum ſumimus, ablata repetentes & recuperantes. Etenim cum aliunde ſpe[?] res ablatas recupera di, co ſ ltius, bello renunciandum *Jacobin. d. S. Georgio in tract. d. feud. fol. 68. n. 10.* cum non niſi omni deficiente remedio ad arma deveniendum *l. ait prætor. § ſi debitores ff. d. his qui in fraud. credit. l. ſi adiu § belliſſime ff. qui vi aut clam. l. nullus. C. d. Judæis.* Hinc laudanda Romanorum juſtitia, quod nemini bellum denunciaverit, niſi per feciales ſeu legatos prius poſtulaſſet damnum ſibi illatum reſarciri, quo negato bellum dem m ſuſcipiebatur.

tur. *Ampliſſ.& Conſultiſſ.D.Arumaeus in diſc .acad.vol.1 pag.809. ſ.Kirchner.d.l.Hilliger in Donell.l.4.c.21.l a.*

17. 3. Cum violatos Legatos vindicamus. Etenim violationem Legatorum ſeu potius internecionem legitimam belli movendi cauſā eſſe multis deducit *Pol .lib.1.& 2.Kirch. lib.2.cap.1,d.legatis.* Sancti enim illi ſunt.§.*inviolab.l.ſanctum. 8.ff.d. rer.diviſ.*ſalvo conductu omnium gentium conventione gaudent. *l.final.ff.d.legat.* Principum perſonam repræſentant. *Albert.Gentil.l.1.c.18.* Eandemque dignitatem cum mittente obtinent, quæ in illis non niſi cum extrema mittentis injuria læditur.*Arumaeus diſcurſu 29.th.22.* Hinc Cicero *l.3.in Verrem ait*, Legatorum jus humano divinoq; vallatum præſidio eſt, cujus tàm ſanctum & venerabile nomen eſſe debet,non modò ut intra ſociorum jura, ſed etiam intra hoſtium tela incolume verſetur. Nequiter ergò Tyrannus Baſilides in Moſchia morte horrenda Legatos affecit, dum alios clavo trabali per tempora diſſectos ſuſtulit, alios in plurimas partes ſecurì diviſos, ſaleq; inſtar halecum conditos, domum remiſit. *Kirchner.lib.2.c.1.de legat.n.53.*

18. Romani certè ea in re majeſtatis ſuæ vindicandæ tàm ſtudioſi fuerunt,ut ne verbo quidem violari ſuos Legatos toleraverint.*Cic.in orat.pro l.Manil.*Sic ob nuncium & Epiſtolarum allatorem interceptum, eumque privatorum militum quorundam inſidiis ſublatum, Galliæ intulerunt arma Tigurini *Kirchner.d.loc.num.64.*Ita ob Legatos interemptos contra Fidenates Romani grave bellum ſuſceperunt. *Liv.l.4.* Sic David propter violationem Legatorum contra Ammonitas. *2.Sam.10.1.Paralipp.19.*

19. Aliena eſt,cum ſocios & nobis fœdere junctos ab extraneis oppreſſos liberamus, iisq; auxilia noſtra implorantib. opem ferimus. *Althuſ.pol.cap.35.num.6. Schrad.d.feud.part. 9 c.4.Lipſ.d.l.* Hominis etenim cum interſit hominem beneficio affici, nefas erit, pati ut quiſpiam alterius vitæ inſidiaretur.*l.ſervus 7.ff.d.ſerv.export.* Imò hoc jus naturale ſuadet, naturalem quandam cognationem inter nos conſtituens. *l.3.ff.d. J.& J.l.culpa.50.l.nullum crimen.109.ff.d R.J.l.2.§.item Varus 5. verſ.quanquam.ff.d.aq.pluv.arcend.* hæcque defenſionis ſpeci-

 es,adeò

es, adeò favorabilis eſt, ut quilibet tertium penitus extraneum ab alio injuſtè offenſum tueri queat, nec tamen in aliquam propterea incurrit pœnam. *Robert. Maranta in ſpeculo aureo. fol. 449. num. 27.*

20. Requirit inſuper hoc ipſa fides & religio pactorum, *Waremund. d. Erenberg. cap. ult. & & penult. d. fœderib.* quam Impp pietatem appellitant. §. *conſeq. Inſtit. d. ſuſp. tut.* Veram amicitiam & arctiſſimam charitatem. *l. 2. qui poteſt. tutor. l. ult. ubi pupill. educari. l. 15. ff. d. negoc. geſtis.* duo corpora quaſi uno Spiritu conjuncta. *Schrad. d. feud. p. 9. cap* 4. *num. 9.* Hinc eſt quod unius confœderati inimicus etiam pro alterius inimico habeatur, donec expreſſè excipiatur. *Bald. in l. liberi C. d. inoff. teſtam.* Nullo tamen modo amicitiam Henrici II. Regis Galliæ, cum juramento cum Solimanno Turcarum Imp. contractam, tanquam atheam, ab omniq; pietate alienam, probamus. Ich ſchwere vnd gleube/daß ich alles/ was mir iſt bewuſt/ vñ bewuſt werden mag / dem allerhöchſten Sultan / dem Türckiſchen Keyſer offenbahren wil / vnd entdecken / deſſen Reich Gott beſtetigen vnd bekrefftigẽ wolle/ich wil der/ſo Freundſchafft mit jhm halten/Freund ſeyn / vnd ſeiner Widerſacher Feind ſeyn / ich wil die gefangene Türcken aus der Gefengnüß ſeinen Feinden entledigen. &c. cum nihil aliud ſit quam ſe Chriſti membrorum hoſtem profiteri. *Ampliſſ. & Conſultiſſ. D. D. Arumaeus diſcurſ. 6. th. 8. ad. Aur. Bull.* Etenim Vaſallus qui ſecreta domini prodit, feudo privandus *Eberhard. à Middenburg. in top. loco. 19. num 5.* Item *loc. 20. num. 10.* hic non unius, ſed totius Chriſtianiſmi propalator ſecretorum audit, & nefandum ipſi bellum pro liberatione infidelium minatur, utq; regni Turcici incolumitas perſiſtat, ſe hoſtem omnium Chriſti fidelium impiè profitetur.

21. Legitimæ belli gerendi cauſæ quæ ſint, hactenus dixiſſe ſufficiat, quæ item illegitimæ paucis diſpicere lubet. Inter has referimus 1. Ambitionem & avaritiam. *Saluſt. in fragment.* quali Alexand. Magn. tot civitatum ſtrage incontentus agebatur, maximam gloriam in maximo Imperio verſari ſiniſtrè putans. Veruntamen hujus ambitionem Scythæ maximè exprobrabant. Si, Dii, inquiunt, habitum corporis tui aviditati animi parem eſſe voluiſſent, orbis te non caperet: alterâ manu

nu Orientē, alterâ Occidentem attingeres *Curtius lib.7.p.167.* nec immeritò reprehenſionis notam incurrunt illi, quos avaritiæ & ambitionis fervor ad bellum vocat, cum muſcas imitari ſtudeant, quæ non niſi in ſcabris locis conſiſtere poſſunt, ſpecula polita oderunt *Bodin.l.5.c.5.num.560. d.repub.* 2. Nocendi cupiditatem, ulciſcendi crudelitatem & dominandi libidinem. Quandoquidem dominandi ardorem, fomitem eſſe omnium bellorum ac diſceptationum latè *Waremund d. Ebenberg.c.1.num.44.d.fœderib.* demonſtrat. Nulla etiam res alia Turcas in Hungariam? nulla Hiſpanos in Indiam commovit, quàm profunda cupido imperii & divitiarum: *Bartholm.de las Caſas in enarr.hiſt.Indi.*

22. Veruntamen ſi divulgandæ religionis gratia bellum non eſt conceſſum, multò minus imperii amplificandi & gloriæ augendæ licebit. *waremund. d. l. num. 80.c. diſpar. 23. q 8 l. Chriſtianis 6.ibid.C.d.pagan. & ſacrif.Bocerus. lib.1. cap. 4. num. 20. Ampliſſ. & Conſultiſſ. D.D Arumæus in diſc.30 .fol. 882.tb 28. Vol.1.* Caveant igitur, ne idem, quod Camelo accidiſſe legitur, iis eveniat, cum per oratorem à Jove cornua poſtulaſſet, ille offenſus ſtultâ poſtulatione etiam aures ipſi reſcidit. *Eraſm. Chil 3.adag.cent.5.adag.8.* Nihil ſanè quicquam de iis poteſt, quàm quod de Macedonib. Darius apud *Curtium l.5.in princip.* dicit, occupat Gazam avidiſſima gens & ex longâ fame ſatiet ſe auro, mox futura prædia ſibi ipſi. Hoc extremo ſuo malo Cyrus I. Rex Perſarum expertus, dum non contentus regno ſuo ampliſſimo, Africam ſubegit, tandem Scythis bellum intulit, ubi infeliciter pugnans, cæſus eſt cum exercitu. O infelices ergò illos, qui jus dominandi trans maria cupiunt mittere. *Seneca. ep.113.*

23. Ab horū ingeniis multū abhorrebat Imperator Auguſtus, qui pacem, quantum quidem fieri poterat, ſanctiſſimè coluit: prælium aut bellum ſuſcipiendum omninò negabat, niſi juſtis & neceſſariis de cauſis. Jactantis enim ingenii & leviſſimi eſſe ajebat, ardore triumphandi, & ob lauream coronam, id eſt, folia infructuoſa, in diſcrimen per incertos eventus certaminum, ſecuritatem civium præcipitare. *Sueton. & Aurel. Vaict. in ejus vit.* Quo etiam nomine Veneti laudantur, cum

omnes bellorum cauſas ſtudioſiſſimè declinent, illata difficillimè ſuſcipiant, ſuſcepta verò finiant, ac pacem omnibus modis, magnoq; ſæpè cum detrimento inire conantur, quos iniquè propterea *Bodinus lib.6. d. repub.num.569.* reprehendit, dum eos beſtiis imbellibus, Cervis, Columbis, & Leporib. confert.

24. Quia ergò non ex omni causa bellum moveri poteſt juſtum, ideoq; diu multumque deliberandum, ne injuſta & non neceſſaria excitetur pugna. *c.eſtote in fin.1. q. 1.c.ult. 20.diſtin.* Quo enim res periculoſioris aleæ plenior, eò majori conſilio & deliberatione ſuſcipienda. *Melchior Junius quæſt. pol. 67.in princip.c.ubi majus d. Elect. in 6. c. ult. c.7.q.2.c. quieſcimus diſtinct.42.l.1.§.ſed & ſi quis 5.verſ. nam vel magis ff. d.Carbon. edict.* Cum nihil arma proſint foris, niſi ſit conſilium domi, iſtorum etenim alterum alterius auxilio ſemper eguit. *Nobiliſſimus Dn.Eberhard.à Middenburg. in top.loc.56.num.1.*

25. Unde nec ipſa Imperatoria Majeſtas extra vel intra Imperii Romani fines, abſq; ordinum omnium maximè verò Septemvirorum voluntate bellum ſuſcipere poteſt. *Schleidan. lib.1.pag.29.* Etenim ut Senatus in veterum Quiritum ſtatu aliorumq; populorum Republica *Livius lib. 2.3.* Ita in Germanorum Imperio, Imperii ſenatus. *Heigius q.12.num.29.* aliisq; regnis, ut in Polonia *Cramerus lib.2.hiſt.polon.* in Anglia *Comminæus lib.10. in* expeditionum bellicarum deliberationibus adhibetur. *Thuanus lib.2.hiſt. fol.27.* clarius hoc tùm ex Imperatoria capitulatione his verbis concepta: Wir wollen vnd ſollen zu wichtigen Sachen / ſo das Reich betreffend / bald Anfangs der Churfürſten Raht vnd Bedenckens vns gebrauchen. tùm ex Receſſibus Imperii, in quibus ſolemnis hæc formula repetitur: Haben wir vns mit den Ständen/vnd ſie hinwieder mit vns verglichen. apparet. *Buxdorph.ad Auream Bullam concluſ.6.*

26. Nec immeritò, ardua enim & ſummè periculoſa belli cura cum ſit, ut ipſa res & ratio dictitat, quin non deliberato prius ſtatuum conſilio bellum definiat, & indicet? *Althuſius pol. cap.35.num.7.* Adeò hoc placuit Chartaginenſib. ut in crucem tolli Imperatores juberent, qui ſine conſilio, & ſi alioquin proſpero & felici, rem bellicam adminiſtraſſent,

æſtima-

æſtimabant enim, nec falsò, non tàm numeroſo exercitu, quàm multitudine Conſiliariorum, bellicam rem adminiſtrari. *Johann. Chokier. in notis ad Onoſandri ſtrategic.* Conſilio enim quod diſponitur, id ad beatitudinem Imperii redundat. *l. humanum. C. d. ll. l. dubium non eſt, 3. C. d. repud.* Item fecit Ezechias, cum intelligeret Imperium Regis Aſſyrorum in populum Iſrael verti, cum proceribus ſuis viriſque fortiſſimis inito conſilio feliciter ei bellum ceſſit. *2. Paralip. cap. 23. confer 1. Reg. c. 20. 7. 2. Reg. cap. 19. 2.*

Et quis cunctetur proba ſanctorum imitari facta.

27. Quibus omnibus ritè obſervatis, bellum ſuſceptum quin Deo placeat, ac homini Chriſtiano gerere liceat, nullum eſt dubium *Dambud. in pract. rerum Criminal. cap. 82. num. 15. Ferdin. Vaſquius quæſt. illuſt. cap. 18. num. 11. waremund. d. l. cap. 3. num. 55. Beſold. diſp. 2. th. 3. ad l. 3. ff. d. Iuſt. & jure. Hinc ait B. Luther. tom. witeb. 6. pag. 585. ibi.* So iſts auch gewaltiglich gnug beweiſet / daß kriegen vnd würgen von Gott eingeſetzet iſt / vnd was Kriegeslauff vnd Recht mit ſich bringet. Was iſt Krieg anders / denn Vnrecht vnd Böſes ſtraffen? Warumb krieget man denn / daß man Friede vnd Gehorſam haben wil. Obs wol nun nicht ſcheinet / daß würgen vnd rauben ein Werck der Liebe iſt / derohalbē ein Einfelliger dencket / es ſey nicht ein Chriſtlich Werck / zieme auch nicht einem Chriſten zu thun / ſo iſts doch in der Warheit auch ein Werck der Liebe.

28. Circa materiam belli conſideramus tùm Rès, tùm Perſonas.

29. Res ſunt Pecunia. Arma, & Commeatus.

30. Etenim militares expenſas & hoſtium incurſiones ſummâ indigere diligentiâ palàm eſt. Haſque vix agi poſſe citra pecunias, innuente ſacratiſſimo noſtro Imp. Juſtiniano. *in Nov. 8. c. 10.* Item Leone in *Nov. 149 cap. 2.* omnino opus erit opibus ſine quibus nihil fit quod opus. *Lipſ. pol. lib. 4. cap. 9.* malè enim bellum geritur, vacuum in crumena ubi reperitur, nec quicquam utilitatis aut efficaciæ ſunt arma ſumptibus & pecuniâ deſtituta *Reuſnerus. lib. 1. cap. 20. juris ſtrat. waremun. d. l. cap. 1. num. 48. & 66.* adeòq; arma flacceſcunt, nonnunquam etiam in ipſiusmet imperantis perſonam torquentur. *Johan. à Chokier d. l. n. 4. fol. 12.*

31. Hinc non immeritò *Dion. ille experientiſſimus in Veſpaſ. lib. 66. pag. 746* olim exclamavit:

Νεῦρα τῆς ἡγεμονίας τὰ χρήματα εἶναι.

Ut enim Medici negant ſine nervis homines ambulare poſſe. *Schonborn. pol. lib. 6. cap. 6. Kirchner. diſp. 16. th. 1. l. c. de repub.* ita nec bellum ſuſtineri poterit pecuniâ, quæ nervus belli, deficiente. Etenim aut ſocios, aut milites habere cupis, illa neutrum denegabit, cum omnia venalia nummis. *Ariſt. rhetor. l. 2. cap. 16.* Hoſtes aut urbes perdere; hæc faciet, cum nihil tàm munitum, quod pecuniâ expugnari non poſſit. *Cic. lib. 2. in Verrem, item lib. 1. ad Attic.* Omnia Caſtella machina hæc dejiciet in qua modo aſellus onuſtus auro aſcendere poſſit. Hinc venuſtè quidam alludit:

Vita hominum eſt pelagus, Regina pecunia nauta
Navigat infelix, qui caret hujus ope.

Ad ſummam

— *divina humanaq́; pulchris*
divitiis parent. Horat. 2. ſerm.

Id quod ex Oraculo Philippi Macedon. conſilium de victoria petentis colligere licet, haſtis pugna argenteis & omnia vinces. *Eraſm. Chil. 3. cent. 7. prov. 43.*

32. Nec commeatus minor habenda ratio. Vincitur enim ſine ferro, frumenta neceſſariaq; non præparans. *Veget. lib. 3. cap. 26.* cum jejunus exercitus vix ſervabit militarem diſciplinam teſte *Caſſiod. lib. 4. cap. 13.* grave etenim ſimul cum natura & hoſte pugnare. *waremund. d. l. num 48. Procop. in l. 3. de bello Gothico.* Hinc Veteres miliari peritia præditi ſeriò cavebant, ne milites niſi pranſi, parati manus cum hoſte conferrent, alias non robur ſed potius impatientia ab illis exſpectanda, venter præcepta non audit, inquit Seneca, poſcit, appellat. Propter hoc Annibal militiæ decus notavit, cum Romanos oppugnabat, milites enim hic ſuos hoſtium caſtris obequitare jubet, jaculandoq; laceſſere ad pugnam hoſtem cupiens cum imparatum improvidumq́ue, & quod plurimi faciebat nondum pranſum aggredi. *Ranzov. lib. 1. Com. cap. 5.* Rem itaq; ſuam ita qui inſtituerit, ut ſibi victus ſufficiat, & hoſtis inopia frangatur, jam quaſi victor exiſtit. *Bodinus de republ. lib. 6. cap. 2. Petr. Gregor. de republ. lib. 11 cap. 3.*

Hoſtis B

33. Arma neceſſaria eſſe, juris eſt manifeſtiſſimi. Ut enim apis amiſſo aculeo, aper dente, taurus cornu torpet, ita miles deficientibus armis *Ranzov. d. l. cap. 10.* quibus hoſtem aut repellit, aut invaſori reſiſtit. *Coter lib. 3. cap. 25.* Tùm etiam cum in bello non minus ingenium requiratur, quàm corporis flagitentur vires: etiam machinæ naturales neceſſariæ erunt, in quibus ſingulare ingenii documentum eſt: *Melchior Junius quæſt. pol. 74. fol. 174.* quibus Martis impetus promovetur. *Hillig. in Donell. Enucl. cap. 10 lib. 9.* urbes ac arces, regionesque contra potentiorum vires ac robora defenduntur. *Althuſius pol. cap 34.* Etenim jam pridem Reliquiæ Romani Imperii devoratæ eſſent cum Ungariæ regno, ab Orientali tyranno, qui multudine copiarum omnibus terris prævaluiſſet, niſi bombardarum auxilio divinitus toties repulſus, & maximâ clade affectus eſſet. Quid enim impetum ejus immaniſſimum à poſtrema Viennenſi obſidione repreſſit aliud quàm bombardarum fulmina? quibus nihil formidabilius hoſti, nihil quod majorem jacturam afferat eidem. *Wimphling. in Epit. rerum Germanicarum. cap. 64.* Armamentarium itaq; habere promptum & paratum Reipub. conſultiſſimum *Philipp. Camer. operar. Succiſiv. cent. 2. cap. 28.* Neque ſatis Imp. Rom. Principes laudandi qui pacis tempore providentiſſimè ſuas habent fabricenſes, qui hujusmodi arma, naves, machinas operantur. *Argumento. Novell. 85. cap. 1. Petr. Gregor. lib. 11. cap. 5. d. repub. 2. Chron. cap 8 18. & ſeqq. cap. 14. 8. 9.*

34. Perſonas quod attinet, notandum illas eſſe generis non uniusmodi, ſed ordine & gradu diſtingui. Sunt enim alii vel majores & primarii; alii minores & ſecundarii. *argum. l. ult. §. jubemus. C. d. locat. & conduct.*

35. Majores ſunt, quibus militum evocatio, eductio, & reductio jure eſt conceſſa. *l. 2. §. 1. ff. d. his qui notant. infam.* (vulgò die Feldherrn oder Feldoberſten.) Et horum ratio habenda maxima ipſa experientia comprobat: quandoquidem his abſentibus turba militaris eſt quaſi corpus ſine umbra. *Curt. lib. 10. Junius quæſt. pol. 71.* & navis inſtar ſine rectore. *Boecrus d. bello. lib. 1. cap. 4.* Interim tamen anxiè providendum, qualis exercitui præficiatur. *Johannes à Chokier. d. l. c. 1. Schonborn. lib.*

6. cap.

31. Hinc non immeritò *Dion. ille experientiſſimus in Veſpaſ. lib. 66. pag. 746* olim exclamavit:

Νεῦρα τῆς ἡγεμονίας τὰ χρήματα εἶναι.

Ut enim Medici negant ſine nervis homines ambulare poſſe. *Schonborn. pol. lib. 6. cap. 6. Kirchner. diſp. 16. th. 1. l. c. d. repub.* ita nec bellum ſuſtineri poterit pecuniâ, quæ nervus belli, deficiente. Etenim aut ſocios, aut milites habere cupis, illa neutrum denegabit, cum omnia venalia nummis. *Ariſt. rhetor. l. 2. cap. 16.* Hoſtes aut urbes perdere; hæc faciet, cum nihil tàm munitum, quod pecuniâ expugnari non poſſit. *Cic. lib. 2. in Verrem, item lib. 1. ad Attic.* Omnia Caſtella machina hæc dejiciet in qua modo aſellus onuſtus auro aſcendere poſſit. Hinc venuſtè quidam alludit:

Vita hominum eſt pelagus. Regina pecunia nauta
Navigat infelix, qui caret hujus ope.

Ad ſummam

—— divina humanaq; pulchris
divitiis parent. Horat. *2. ſerm.*

Id quod ex Oraculo Philippi Macedon. conſilium de victoria petentis colligere licet, haſtis pugna argenteis & omnia vinces. *Eraſm. Chil. 3. cent. 7. prov. 43.*

32. Nec commeatus minor habenda ratio. Vincitur enim ſine ferro, frumenta neceſſariaq; non præparans. *Veget. lib. 3. cap. 26.* cum jejunus exercitus vix ſervabit militarem diſciplinam teſte *Caſſiod. lib. 4 cap. 13.* grave etenim ſimul cum natura & hoſte pugnare. *Waremund. d. l. num 48. Procop. in l. 3. de bello Gothico.* Hinc Veteres militari peritiâ præditi ſeriò cavebant, ne milites niſi pranſi, parati manus cum hoſte conferrent, alias non robur ſed potius impatientia ab illis exſpectanda, venter præcepta non audit, inquit Seneca, poſcit, appellat. Propter hoc Annibal militiæ decus notavit, cum Romanos oppugnabat, milites enim hic ſuos hoſtium caſtris obequitare jubet, jaculandoq; laceſſere ad pugnam hoſtem cupiens eum imparatum improvidumque, & quod plurimi faciebat nondum pranſum aggredi. *Ranzov. lib. 1. Com. cap. 9.* Rem itaq; ſuam ita qui inſtituerit, ut ſibi victus ſufficiat, & hoſtis impetus frangetur jam quaſi victor exiſtit. *Bodin. de repub. lib. 6 cap. 2 Petr. Gregor. de republ. lib. 11 cap. 3.*

33. Arma neceſſaria eſſe, juris eſt manifeſtiſſimi. Ut enim apis amiſſo aculeo, aper dente, taurus cornu torpet, ita miles deficientibus armis *Ranzov. d. l. cap. 10.* quibus hoſtem aut repellit, aut invaſori reſiſtit. *Coter. lib. 3. cap. 25.* Tùm etiam cum in bello non minus ingenium requiratur, quàm corporis flagitentur vires: etiam machinæ naturales neceſſariæ erunt, in quibus ſingulare ingenii documentum eſt: *Melchior Junius quæſt. pol. 74. fol. 174.* quibus Martis impetus promovetur. *Hillig. in Donell. Enucl. cap. 10 lib. 9.* urbes ac arces, regionesque contra potentiorum vires ac robora defenduntur. *Althuſius pol. cap. 34.* Etenim jam prîdem Reliquiæ Romani Imperii devoratæ eſſent cum Ungariæ regno, ab Orientali tyranno, qui multudine copiarum omnibus terris prævaluiſſet, niſi bombardarum auxilio divinitus toties repulſus, & maximâ clade affectus eſſet. Quid enim impetum ejus immaniſſimum à poſtrema Viennenſi obſidione repreſſit aliud quàm bombardarum fulmina? quibus nihil formidabilius hoſti, nihil quod majorem jacturam afferat eidem. *Wimpheling. in Epit. rerum Germanicarum. cap. 64.* Armamentarium itaq; habere promptum & paratum Reipub. conſultiſſimum *Philipp. Camer. operar. Succiſiv. cent. 2. cap. 28.* Neque ſatis Imp. Rom. Principes laudandi qui pacis tempore providentiſſimè ſuas habent fabricenſes, qui hujusmodi arma, naves, machinas operantur. *Argumento. Novell. 85. cap. 1. Petr. Gregor. lib. 11. cap. 5. d. repub. 2. Chron. cap 8 18. & ſeqq. cap. 14. 8. 9.*

34. Perſonas quod attinet, notandum illas eſſe generis non uniusmodi, ſed ordine & gradu diſtingui. Sunt enim alii vel majores & primarii; alii minores & ſecundarii. *argum. l. ult. §. jubemus. C. d. locat. & conduct.*

35. Majores ſunt, quibus militum evocatio, eductio, & reductio jure eſt conceſſa. *l. 2. §. 1. ff. d. his qui notant. infam.* (vulgò die Feldherrn oder Feldoberſten.) Et horum ratio habenda maxima ipſa experientia comprobat: quandoquidem his abſentibus turba militaris eſt quaſi corpus ſine umbra. *Curt. lib. 10. Junius quæſt. pol. 71.* & navis inſtar ſine rectore. *Boccrus d. bello. lib. 1. cap. 4.* Interim tamen anxiè providendum, qualis exercitui præficiatur. *Johannes à Chokier. d. l. c. 1. Schonborn. lib.*

6. cap.

6. cap. 11. Spectanda hujus ante omnia pietas, cumprimis enim Deus invocandus, & à Dei invocatione belli initium faciendum monente Xenophon. 2. Scientia ſeu peritia rei militaris; quâ callebit Dux, non tantum ſi hiſtoriarum veterum & recentiorum membranas eâ quâ par eſt diligentiâ perluſtraverit, (Hiſtoriæ namq; in multis notorium introducunt. *Menoch. conſil. 1. num. 272.* nihilq́; aliud ſunt, quàm picturæ quædam, quæ præſtantes viros imitandos nobis ob oculos ponunt, hinc Plato pueros eſſe eos voluit, qui ignorant ea, quæ antequam nati ſunt, acciderunt.) verum etiam partim ſi ipſemet in acie ſteterit, ſeque ut virum decet fortem exercuerit. *Lipſius lib. 5. cap. 15. num. 2.* partim ſi varias hominum naturas & mores peregrinando cognoverit, ut Hiſpanos ad ſubitas irruptiones & hoſtem fugientem pronos, Italos ad occupandos muros paratos, Gallos & Belgas ad inſidias & ſtratagemata aptos, Germanos ad ſuſtinendos aperto Marte hoſtium impetus ſolertes, certiſſimum namq; ſemper gens gentem in bello procedere. *Kirchner diſp. 21. th. 3.* 3. Authoritas: Etenim exiſtimationem ſeu famam tantas in bello habere vires, ut ejus ope ſæpe à minoribus exercitibus majores ſuperentur. Latè enarrant. *Scipio Amirat. lib. 13. diſp. 1. Hænon diſp. pol. 7. th. 4. & 14.* Tali authoritate Alex. Magn. ornatum fuiſſe fertur, minoris quidem ſtaturæ Principem, tantæ verò æſtimationis & famæ, ut umbra etiam ejus maximas gentes, nedum homines terrebat. *Kirchner. d. diſp. fol. 271. item fol. 289.* Tandem probatæ ſit fidei, & talis, cui quis ſe, ſuumq́ue exercitum tutò committere poſſit. *Eberhard. à Middenburg in top. loc. 1. ab ord. num. 14. fol. 122.*

36. Tantæ namq; poteſtatis inſignia uni cum tribuantur; verũ eſt, eum virtutibus his prænominatis præcellere debere, quarũ ſi expers fuerit, næ nõ ille ſuæ laudi, multò minus Reipub. conſulet, militibusq́; quamvis ſtrenuis oberit, cladiũ multarum cauſam præbet. *Schonborn. pol. lib. 6. cap. 9. Junius. quæſt. pol. 72. Johan. à Chokier. d. loco. Bocerus. lib. 1. cap. 8. Jacobin. d. S. Georgio. num. 27. fol. 72. in tract. d. feudis & homagiis.*

37. Invento & declarato Duce, quærendi & reliqui milites nimirum ſecundarii: qui ſunt homines à Magiſtratu ad

bellum

bellum gerendum collecti & ordinati. *argumento. l. 2. §. 1. ff. d. his qui notant. infam.* Horum alii ſunt tyrones, alii veteres, alii veterani. 2. quidam ordinarii, & ſubſidiarii, qui vel limitanei vel ſtationarii. 3. quidam ſunt pedites vel equites *l. pen. ff. d. teſt.* qui vel gravis vel levis armaturæ. *Althuſ. cap. 35. num. 61, Lipſius. lib. 5. cap. 11. in princip. Schonborn. l. 6. cap. 15.* quorum omnium conſiderabimus Conſcriptionem, Perluſtrationem, Receptionem, & diſtributionem.

38. Conſcribendi autem milites cum diſcrimine erunt, tales nimirum, qui Principi in pace decus, in bello ſubſidium eſſe poſſunt. *Tacit. d. morib. Germanor.* non ex omni hominum fece, numeri augendi gratia, non enim multis nominibus opus in bello, ſed manibus. Nequeunt igitur conſcribi Clerici; nemo enim Deo militans, inquit Apoſtolus, ſe negociis implicet ſecularibus. *1. Tim. 3. & Tit. 1.* potius horum arma ſint fletus, lachrimæ, & orationes. *c. non pila. c. reprehens. c. conveniens 23. q. 8. Jacobin. d. S. Georgio fol. 68. num. 10. d. feudis.* Taliter itaq; militantes irregulares fiunt, & gradum amittunt. *c. clerici & ſtatim 23. q. 8.* Quod tamen hodiernis moribus longè aliter practicatur, ubi baculus Aaronis & gladius Nimrodi unâ manu regitur, & unâ parte Clerici, altera parte belli duces ſalutari cupiunt, altero pugno codicem, altero enſem geſtant. *Bernhard. Zieritz. d. princip. inter ipſor. dignitat prærogativ.* Sicq; magis circa negocia ſecularia quàm Eccleſiaſtica occupantur. Exempli loco nobis ſit Epiſcopus ille Argentinenſis Leopoldus, qui de ſe ita ſcribit.

Et nobis etiam ſunt fortia pectora bello,
Et nobis nummos qualibet arca dabit.

Iſt alſo darzu kommen daß man den Biſchoff vnd Prælaten auff dem Roß gar nicht kennen/ in der Kirchen aber ſelten finden kan. *Auct. autonomiæ part. 3. cap. 32. pag. 432.*

39. Verum Epiſcopi, ſi nomine & re Epiſcopi eſſe volunt, populum docere debent, non verò ſeſe occupare ſecularium negotiorum expeditionibus. *Cluten. in ſyllog. rerum quotid. concluſ. 8. in princip. l. placet. 17. C. d. Epiſcop. & Clericis* ne ipſis accidat illud, quod Gerholdo Epiſcopo Moguntinenſi XV. Is anno 772. in gratiam Regum Galliæ propriâ ſponte, contra

C Saxo-

Sagones Turingiam armata manu occupantes, cum copiis ſu-
is profectus eſt, immemor officii & ovilis ſibi commiſſi mi-
ſerè à Saxone quodam enſe perfoſſus eſt. Hinc poſteà Saxo-
nes tales fecerunt verſus Germanicos:

Biſchoff Gerholt ſocht mit dem Schwerdt /
Durchs Schwerdt kam er auch ab der Erd /
Drumb jhm viel nützer geweſen wer /
Er wer gen Chor gangen / denn ins Heer.

Johannes Wolffius in lect. memorab. cent. 16 pag 578.

40. Nec conſcribendi infamiâ notati *arg. l. 4. §. adulteri. ff. d. re milit.* abjectiq; ingenii homines qui ſtatus controverſiam patiuntur. *arg. l. ab omni 11. l. qui ſtatus. 8. ff. d. re milit. l. 2. §. miles. ff. d. his qui notantur infam.* quibus portæ dignitatum penitus recluſæ. *l. penult. ff. d. R. J in 6.* qui ad beſtias damnati vel in inſulam deportati ſunt. *l. qui cum §. ad beſtias. ff. d. re milit.* qui parentibus maledixerint. *l. 1. in fin. ff. d. obſeq. liber. Kirch. diſp. 21. th. 3. d. repub.* nec coloni. *l. colonos C. d. agric & cenſit. l fin. C. d. mancip.* quatenus abſq; jacturâ agriculturæ non poſſint militare. *Bocerus. d. bello cap. 6. num. 15.* arceantur inſuper muliebria tractantes qui iſtiusmodi voluptatibus aſueti à virtute militum degenerare ſolent. *Althuſ. cap. 35. num. 74. Tacitus l. 2 hiſtor. Lipſ. lib. 5. cap 12. num. 21. Jacobin. d. S. Georgio in tract. d. feudis in verbo Marchio. num. 4.*

41. Commendamus potius fabros, ferrarios, carpentarios, aprorum venatores, qui ſalutoſos locos incolunt, duritiæ patientiæq; magis inſuevere. *Tacitus lib. 4 annal.* Horum etenim intuenda 1. Natio, natum quæ commendare vel reprobare ſolet. *arg. l. 31. §. 21. ff. d. ædil. edict.* ſemper enim gens gentem in bello præcedit, & plaga cœli non tantum ad corporis, ſed etiam animorum facit *Vegetius lib. 1. cap. 2.* Quo nomine populi Septentrionales & inprimis noſtri Germani laudantur. *Junius d. l.* Juſtæ itidem ætatis ſint Martis caſtra commodè ſequentes, aliàs militari ſcientiâ minus inſtructi, ſtatim in acie ac conflictu metu concidant, & occumbunt. *Menoch. conſ. 102. num. 4. & ſeqq.* Sic legimus Amuratem primum, cum magno periculo ingentem cædem Chriſtianorum ædiſſet, ad tribunum quendam canum dixit, aſpice hos Chriſtia-

nos

nos occiſos, quorum tamen nulli barba incanuit. *Kirchner.d. legatis.* Corpora præterea illorum intuenda. *Tacit.l. 5. hiſt.2.* non pinguia nimis, eligenda, Ventrioſus Gaſtrodes abeſto, quem non in militiam, ſed in exilium mittebant Lacedæmonii, apud hos enim ſummo opprobrio erat corporis molem circumferre, quo minus officio ſuo ſatisfacere poſſint. *Athenæus Dionyſ. lib.12.cap.11.* Quod quidem in ſe agnoviſſe, ægerrimeq; tuliſſe Dedo Cunradi Marchionis Miſniæ filius, à quo poſteritas illuſtriſſ. domus hodiernæ Saxonicæ, qui cum à pinguedine corporis ſui Craſſus cognominaretur, partem adipis ſibi exſecari peritiſſimi Chirurgi induſtria paſſus eſt, ut eò expeditiùs expeditionem Henrici VI. Imp. in Apuliam ſequi poſſet. *Laurent. Fauſtus in Ann. Miſn.*

42. Veruntamen neceſſitate ingruente cum difficile hujusmodi, conquerente Lipſio, reperiantur; non ſatis Romani Imperii Principes laudandi, dum ſubditos ſuos, certis anni temporibus armorum uſui adhibitis capitaneis, aliisque rerum bellicarum peritis, adſueſcere faciunt. *Beſolt diſput. pol.7. theſ.5. claſſ.2. Tholoſan.d. repub. lib.11. cap.3. Schonborn. pol. lib.6. cap.5. Jacobin.d.S.Georgio num 27. fol.72. in tract.d. feudis.* ab inſtitutione enim & uſu gens quævis ad bellum idonea & ad pugnam apta redditur. *Lipſ. pol. lib.5. cap.10. l. militib.1. §.1. in fin. ff. d. teſt. milit. l. officium 12. §. ult. ibi. milites ad exercitationem producere ff. d re milit.* Fecêre itidem Romani veteres, qui pacis tempore armatas militias habebant. *argum. l. non omnes 5. §. qui in pace. ff. d. re milit.* in quibus militiis ipſi milites armorum quotidiano exercitio ad bella ſe præparabant. *argum. l. milites. qui à repub. 15. C. d. re milit,* ut bellorum neceſſitate ingruente, ab ea Rempub. defendere poſſent. *d. l. milites noſtros 31. C. d. locat. & conduct. l. nemo miles 13. C. d. re milit l. 2. 3. C. d. milit. teſt.*

43. Nec enim militandum tàm ſumptibus & copiis alienis, quàm propriis; difficile namq; extra hi coercentur, abeunt, fugiunt. *Tacit. lib. 1. annal item. lib. 4 hiſt.* Id quod Imp. Valens. magno ſuo incommodo expertus, dum Gothos in Thraciam ſecedere permiſiſſet, atq; omnes ferè ſtipendiarios milites ſibi feciſſet, ut rebelles & finitimos vinceret, tandem

 illi

illi Imperium Occidentale invaſerunt, & Orientale deprædarunt. *Petr. Gregor. d. repub. lib. 11. cap. 3. num. 4.*

44. Conſcripti & lecti milites ad certum diem & locum convocantur, conventi probantur & perluſtrantur. *l. 1. C. qui milit. poſſunt. l. penult. C. d. re milit.* qualis & quàm idoneus quisque ad molem ſuſtinendum ſit exploratur. Explorati & probati recipiuntur, ac denuò à Duce belli vel Commiſſariis militaribus inſcribuntur. *l. 17. neminem. C. d. re mit. l. 1. C. d. hic qui milit. poſſ.* Reprobati timidiq; reprehenſi, (quales fuiſſe legitur Demoſthenes Orator & Antilochus Poëta, uterq; conſpecto hoſte abjectis clypeis aufugit.) aut qui naturali aliquo affectu domi retinentur, rejiciuntur. *Schonb. lib. cap. 13. in princip.* ab aliisq; ſeparantur. *Deut cap. 20. 58. cap. 24. verſ 5.* qui actus dicitur luſtratio nobis die Muſterung.

45. Inſcripti ad bellum gerendum ordinantur, id quod fit juramenti præſtatione. 2. Cinguli datione. 3. diſtributione.

46. Omnium primò igitur juramento ſeſe obſtringere tenentur. *arg. l. milites. 13. §. miſſionum. ibi: Sacramento. ff. dere militar. l. ex militib. in princip. ibi: ſi non ſacramenti fides. ff. d. teſt. milit. l. 2. ff. d. veteranis. l. miles. 11. ff. ad l. Jul. d. adult.* Omnia quæ præceperit Imperator ſedulò facturos, articulos militares ſtrenuè obſervaturos, nec fugam capturos ſe, nec mortem pro Repub. detrectaturos. *Veget. lib. 2. cap. 5.*

47. Quo facto pecuniâ, aut certis armorum generibus inſtruuntur. *Althuſ. cap. 35. num. 74.* olim quidem cingebantur non tantùm equites verùm etiam pedites *l. eitius 25. l. quod dicitur. 38. §. 1. & l. penult. ff. d. teſt. milit.* hodiè verò uſus illi aboluit *Bocerus. lib 1, cap. 11. num 5. Schonborn. d. l.*

48. Condecoratis certis armorum generibus in certum ordinem referuntur. *l. 4 l. 38. §. 1. l. 42. ff. d. teſt. milit.* Variaq; officia inde reſultantia diſtribuuntur quorum alia concernunt vel totum exercitum vel partem duntaxat ſpectant.

49. Reſpectu totius exercitus Officiarii ſunt. Dux belli. Illius Vicarius. Supremus rei armamentariæ Præfectus. Supremus excubiarum Præfectus. Supremus metator atq; menſor. Supremus Commiſſarius. Supremus ærarii Caſtrenſis Præfectus ſive Quæſtor. Supremus annonæ Præfectus. His

addun-

adduntur. Capellanus. Medicus. Secretarius. Cuſtodes. lictores, Reſpectu partis, ſunt viciſſim generales, & ſpeciales. Illi ſunt. Magiſter equitum & illius vicarius; hi ſunt; equeſtris metator & menſor, Præfectus excubiarum. Prætor, Tribunus, Decuriones, Judex generalis peditum, Præfectus vigilum. Pedeſtris annonæ inſtructor. Executor rerum capitalium. Lixarum atq; calonum ductor. Vber den verlohrnen Hauffen. Apparitor judicis, Carceris Cuſtos, & lictores. In re armamentaria ſunt. Quæſtor. armamentarius. Aggerib. ſtruendis Præpoſitus. Quæſtor rei Armamētariæ. Cuſtos rei armamentariæ. Aurigarum Præpoſitus. Pontium Magiſter. Foſſorum & cunicularіorum Præpoſitus. Pulveris cuſtos. de unius cujusq; officio exactius vide *Schonborn. pol. lib. 6. cap. 15. Bocerum. lib. 1. Althuſ cap. 35. Keckerm. Syſt. pol. lib cap. 36.*

50. Conſervantur milites modo duplici. 1. Liberali ſtipendiorum ſolutione. *Althuſ. d. l num. 18.* quæ certa olim *Tacit. l. 1. hiſtor.* Hodie verò ſecundum perſonæ qualitatem diverſa, modò enim augetur, modò diminuitur; quatuor tamen ut plurimum Imperialiū florenorum minorum maximè militum ſtipendium eſſe conſuevit. *Schonborn. cap. 30.* qui contenti eô vivant, neminem concutiant. *Luc. 3. v* 4. 2. Severâ legum militarium obſervatione & exequutione *l. officium. 13. in princip ff d. re milit. Lipſ. pol. lib. 5. cap. 13. num. 59. & ſeqq.* quæ ſecundum juſtitiæ regulam præſcriptorum limitum transgreſſoribus pœnas promeritas; ſtrenuè verò dimicantibus fortiterq; ſeſe gerentibus in ſuſtinendis periculis præmia decernit. *arg. l. & virtutum. 4. C. d. ſtat. & imagin l 14. C. d. re milit. l. 1. C. d. caſtrônenſ. l. 1. C. d. agend. in reb. l. fin. C. d. Tyron l. 1. C. d. Aſſeſ. l. in nomine C. d. offic. præf. Afr. l. 1. & 2. C. d. offic. Magiſtr. officiorum. l. unicuiq; circ. pr. C. d. prox. Sacror. ſcrin.*

51. Pœnam militum delinquentium quod attinet, eſt illa vel Communis. *l. 2. ff. de re milit.* utpote quæ ex adulterio, ſtupro, homicidio, furto provenit, in illis tamen quotammodo aſperior, quam in pace obſervatur, ne defendendi ipſi opprimantur vel ſpoliarentur, de re enim minima ratio ipſis reddenda, nec tàm rei quantitas, quæ furto aufertur, inſpicitur, quàm malum propoſitum & violenta ipſa delicti qualitas,

quatenus nimirum ſalutem communem, & publicam utilitatem lædit. *Hackelman in quæſt. illuſt. diſp. 23. th. 9.* Sic Tiberius ob pavonem, atteſtante Suetonio, militem furcâ necari juſſit. Sic Aurelianus milites hoſpitis uxorem violentes, duabus inflexis arboribus alligavit fune, ut eo demiſſo rei utrinq; pendentes lacerati interirent. *Coceraus d. Jure militari. l. 3. cap. 12.* hos laudabiliter, ratione ſeveritatis, noſtro tempore in expeditionibus Hungaricis imitatus eſt laudatiſſimus Heros Comes Schwartzburgenſis. *Schonborn lib. 6. cap. 29.* vel PROPRIA *d. l. 2.* qua ut milites, contra legum tenorem peccantes, puniuntur. *l. omne delictum 6. ff. d. re milit.* Hæcque vel Capitalis: nimirum proditoribus. *l. milites. C. d. quæſtionibus. Transfugis l. 7. ff. d. re milit.* (ignominioſum enim eſt, ſi contra diſciplinam militum & Sacramentum militiæ in acie fugam faciunt, & comilitones ſuos in ſummo vitæ periculo deſerunt. *d. l. omne delictum. §. qui in acie. l. 2. ff. d. his qui notant infamiâ.*) Excubias deſerentibus. *l. qui excubias. 10. ff. d. tit.* aut in iisdem dormientibus. *Gail. lib. 1. cap. 4. num. 22. d. pace pub.* Vel modica corporis caſtigatio. videl. mulcta pecuniaria. Ignominioſa miſſio, munerum indictio. &c. *vide Melchior. Junium quæſt. pol. 29. part. 3.*

52. Judicium, coram quo milites delinquentes conveniuntur, eſt quatruplex. Ordinarium. 2. in haſta criminali. 3. Judicium ſtatarium. 4. Camerale. de quibus vide *Andream Reuter* in ſeiner Kriegsordnung. *Elias Schröder. in delineat. juris bell.*

53. Præmiſsâ delinquentium pœnâ, ad ſtrenuè dimicantium præmia nos convertimus; quæ reſpiciunt vel duntaxat honorem illorum, ut ſunt Nobilitas, Tituli, apices, inſignia, ordo militum equeſtrium, welche wegen ihrer Rittermäſsigkeit zum Befelchshaber / oder Oberſten gemacht / oder aber wegen ſolcher Tugend zum Ritter geſchlagen. *Ampliſſ. & Conſultiſſ. D. Arumæus in diſc. acad. Vol. 1. diſc. 16. th. 13. l. præclaram. 2. C. d. primicer. l. 1. C. d. exhib. reis l. ult. C. d. decurionib. Nov. 70 in prin. l. ult. C. ut dignitat. ordo ſervetur.* Vel eorundem utilitatem. quo in loco ſunt. prædæ. Torques, Cingulum militare. *Nov. 8. cap. 6. l. 2. C. ut dignit. ord ſerv.* Aureorum annulorum jus *ff. d. jure aur.* Hinc variæ iſtæ victorum coronæ, quarum pulcherrima Servatori patriæ ferebat titulum graminea. *Gell. l. 5. cap. 6.*

Bodin.

Bodin. lib. 6. num. 544. d. repub. Hinc equeſtrium ornamenta, aurei velleris in Burgundia. *Waremund de Erenber. cap. 4. num. 12 pag 338. d. fœderib.* Garterii in Anglia. *Münſterus in Coſmograph.* plura vide apud *Ventur. d. Valentiis in parthenio litigioſo. lib. 2. cap. 3. num. 21. Matth. Stephan. d. Jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 6. num. 9.* Vel in jure conſiſtunt, & ſic concernunt vel actus inter vivos, vel eorum ultimas voluntates.

54. Privilegia actus inter vivos concernentia ſunt potiſſimum ſequentia. Milites immunes ſunt à muneribus. *arg. l. 3. §. 1. ff. d. munerib. l. 10. §. augarios. ff. d. vac. mun. l. 2. C. d. re milit.* moram in ſolutione facientes non conjiciuntur in carcerem etiam Veterani. *Menoch. arbitr. judic lib. 1. q. 88. num. 9.* Torturæ non ſubjiciuntur. *l. 8. pr. C. d quæſtionib.* niſi prius exauctorati, & cum ignomiâ rejecti. *Laurent. Arnold in tract. d turturis cap. 10. §. milites.* ſi condemnati ſunt, ultrà quam facere poſſunt, non tenentur. *l. 6. in princ. l. 18. ff. d re judic.* Nec ſtipendia illorũ, aut arma, pro ſententiæ exquutione capiuntur. *l. qui commeatus. 14. §. 1. ff. d. re milit.* niſi aliis deficientibus in ſubſidium. *Eberhard. à Middenberg. in top. loc. 56. num. 4.* de peculio Caſtrenſi teſtantur. *l 3. C. d. Caſtrenſ. pecul. l 10. ff. eod. Ferdinand. Vaſquius in quæſt. illuſt.* Tàm in Civilibus quàm in Criminalibus non alibi quàm coram ſuis judicibus conveniuntur. *l. fin C. d. re milit. Ampliſſ. & Conſultiſſ. D. D. Mulpfort th. 15 diſput. d. reconventione.* Damnum, dum in expeditionibus ſunt, quod patiuntur, reſtituendum. *l. 2. & t. t. C. d. reſtit. milit. l. ſi quoad me 15. C d. l. Jul. de adul.*

55. Nec minoribus privilegiis circa ultimam voluntatem gaudent. Miles etenim qui in expeditione eſt occupatus, & in prælio vitæ ſortem derelinquit, ut verbis utar Imp. Conſtantini *in l. milites 15. C. d. teſt milit.* quoquo modo teſtari poteſt. *l. 1. ff. d teſt. milit. l. ne quidem 17. C. eod. l. Divus. 24. l. lucius. 40. ff. eod. Treutler. vol. 2. diſp. 10. d. teſt. milit. th. 6. lit. A.* Hinc ſi in vaginâ aut clypeo literis ſanguine ſuo rutilantibus annotaverit, aut in pulvere inſcripſerit gladio, hujusmodi voluntatem habilem eſſe oportet. *Cujac. 3. obſ. 3.* Imò pro jure ſervatur. *l. 1. C. eod.* modò conſtet de ejus voluntate. *Hilliger in Donell. Enucl. lib. 6. cap. 29. lit. T.* Quod etiam ad mutum & ſurdum extenditur

tur

tur *l.4 C.eod.Vaſquius quæſt. illuſt. cap 103 num.2. 3.& 4.* Et quamvis jure communi teſtari voluerit ſolennitatibus omiſſis ſicq; vitioſum, validum tamen teſtamentum jure militare, nec videtur privilegio adeundo viam juris communis, renunciaſſe *Robertus Maranta in Speculo Aur. fol.164. num.6.* Idq; propter nimiam imperitiam & ſimplicitatem. *l impuberi. 40. ff.d. adminiſt. tutel.l. quanquam.3. C. d.teſt. milit.* Arma enim magis, quàm jura ſcire milites, ſacratiſſimus legislator exiſtimavit. *l.ult.C.d.jure delib. confer. Hilliger in Donell. Enucl.lib 6. cap.29.lit.A.Pet. Gilk.in l. 21.num.17. C d. teſt.* Item Reichs Abſchied. *An.1512.tit.* Von Teſtamenten. §. Und ſollen die *Notarien.*

56. Prænominatis privilegiis quin & noſtri gaudeant milites non dubitamus, cum eadem ratio, quæ in cæteris, videl. ſimplicitas & juris ignorantia, militet in ipſis. *Treutler.vol. 2. diſp. 10.d.teſt.th.6.l.a. Gæddæus d.contrah. ſtipulatione cap 7. concluſ.17.num.301.Geil lib. 2.obſ.118.num.2. Schneid.ad tit. Inſtit. d.milit.teſt.num.8.Valent Forſt d. Juriſd Rom.part.1.lib.7.* Quod idem de Medicis, mercatoribus victualium (Die Marketenter oder Sudler.) qui caſtra ſequuntur & commeatus militibus ſubvehere ſolent; de Clericis, quos vulgò Die Feldprediger nominamus; de Dd. itemque Conſiliariis, Kriegs Räthen / ſi in ipſo conflictu pro cinctu & hoſtico ſint; de militibus limitaneis, ſtationariis & præſidiariis. (So auff der Fürſten vnd anderer Herrn Frontiern / Grenzhäuſern / oder Feſtungen in der Beſatzung ligen.) dicendum *argum.l. reſcripta.44.ff d. teſt. milit. Schonborn lib.6.cap.31.in fine. Hilliger.in Donell. Enucl. lib 1. cap.28 lit. R.Clariſſ.& Excell.Dn.Kubach.in diſput. legalib.4. th 45.46.47.*

57. Cæterum, planetas iſtos terreſtres, qui tecta ruſticorum non bella ſequuntur, nullo domino ſerviunt, ocioſiq; ſunt nebulones, hinc inde in pagis vagantes, ruſticorum anſeres gallinasq; furantur, ipſosq; miſerè concutiunt, divexant, penitus excludimus. *argum. l. generaliter. 52. §.eos tamen. C.d. Epiſcop. & Cleric*, imò in Imperio Romano non tolerandi Reichs Abſchied zu Augſpurg de anno.1555. §. Und damit angeregte. Cui reſpondet Ordin. Camer. part.2.tit.15. Nec nobiles feuda pro ſervitiis militaribus obtinentes, cum non ſemper ſint in expeditione, & ut noſtra vernacula loquimur,

ſie

ſie ligen nicht allezeit zu Felde / vnd ſehen die Fahnen vnterm offenen Himmel fliegen. admittimus. Reichsabſchied zu Cölln. de anno 1512 tit. Von Teſtamenten. §. Es ſollen auch die Notarien. ibi: Jedoch die Ritter / ſo nicht in ſolcher Vbung vnd Streit/ noch auch zu Felde ligen/ſollen jhr Teſtament nach gemeinem Recht machen. nec ipſo facto inter manus & tela hoſtium verſantur, ſed ſæpè in ædibus ſuis, vel alibi extra militiam conſpiciuntur. *Roſenthal. de feudis. cap. 6. concluſ. 30. num. 8.*

58. Nec militibus equeſtribus, quos vulgò vocant Ritter? prædicta privilegia conceſſa eſſe videntur. (quales ſunt. Torquati à torque ſic appellati, ſub quibus continentur equites aureæ Periſcelidis, Garterii ſeu Georgii, quibus præeſt Rex Angliæ, item equites aurei velleris Burgundici, quorum ordo à Philippo Burgundo anno Chriſti 1429. vel 1477. ſecundum Waremund. d. Erenberg. 1. d. fœderib. 4. num. 12. inſtitutus. & in Gallia 36. Equites Michaelis, quorum caput & author eſt Ludov. XI. Galliæ Rex: eosq; anno 1469. inſtituit. Item Cruciferi vel crucigeri à crucis inſigni & ſpirituales ſeu Eccleſiaſtici appellati, in quorum ſacro ordine habentur equites Spiritus S. S. Lazari, & S. Mauritii, S. Johannis & annunciationis Mariæ, S. Stephani, Lunæ & Stellæ de quibus vide Waremund. de Erenberg. all. loc. Item, Aurati, à Calcaribus, quibus inſigniuntur auratis ſic appellati. &c.) cum nec equitibus Romanis, de quibus l. unic. C. d. equeſt. dign. hæc privilegia militaria aliter conceſſa circa teſtamenta fuerunt, quàm ſi militarent.

59. Forma belli conſiſtit potiſſimum in denunciatione, quâ per fecialem ſeu præconem, bellum, ex decreto ſeu conceſſu ſummi Magiſtratus, hoſti indicitur. *Keckerman. in Syſtem. pol lib. 1. cap. 29. Althuſ. cap. 35 num. 90.* Conſideranda hîc denuciationis neceſſitas. Ritus & Inſtrumenta.

60. Neceſſariam eſſe denunciationem, clarigationem, ſeu diffidationem in bello vindicatorio expreſſè ex *tit. 17. Aur. Bullæ Carol. IV. de diffidat.* apparet. Hæc enim belli quodammodo eſt initium. *Bocerus. cap. 5. num. 7.* adeoq; ut hoſtis ſeu qui diffidatur, poſſit ſe munire contra adverſarium. *Livius lib. 1. Jacobinus de S. Georgio num. 10. fol 68. d. feudis.* quâ ergò omiſſa,

non bellum, ſed prædatio, & proditio appellanda. *argum. l. hoſtes 118. ff. d. V. S. l. 24 ff. d. captiv. & poſtlim. reverſ. Geil. lib. 1. obſerv. 4. num. 41. Hænon. diſput. pol. 7. th. 7.*

61. Ritus apud Romanos fuiſſe varios *Liv. lib. 1. decad. 1.* ſcribit. Sic Carthaginenſes Romanos bello petituri, haſtam Romam mittebant. *Cælius lib. 21. antiq. lection. c. 16.* Hos imitati Romanenſes. *Liv. d. l.* amicitiam idem renunciabant. *Bodinus lib. 5. de repub. cap 6. Bocerus cap. 5. num. 6.* Hodiè verò inſtrumenta ſunt tùm Fecialis (qui & pater patratus dicitur, caduceator ein Herold. Veſte picta, inſignib. ejus Principis à quo mittitur, indutus. *Kirchner. de legatis, lib. 1. cap. 7. num. 64. D. Chriſtianus Matthias in Syſtem. pol. de legatis.*) quem Principes mittunt ad bellum denunciandum hoſti, qui Legatorum jure fruitur & violari nequit: Tum literæ Clarigationis Feind vnd Abſagbrieff / quæ ex eadem causâ per puerum mitti ſolent, requiſita illorum quæ ſint, patet ex iis, quas proteſtantes miſerunt ad Carolum Cæſarem anno 1546 *Schleidan. lib. 17. pag. 420.* Idemq; Ferdinandus Romanorum Rex & Maurtius Elector Saxoniæ anno 1553. ad Albertum Marchionem Brandenburgenſem. *Schleidan. lib. 25. pag. 637.*

62 Finis belli aut eſt TRISTIS SUBACTIO, quæ prudenter & fortiter ferenda. *Petr. Gregor. cap. 12. num. 12. lib. 11. de repub.* Ethnici enim & impatientis eſt, ob cladem acceptam ſe ultrò perdere. *Jud. cap. 20. 1. Samuel. cap. 27.* Sortem & ſucceſſum belli communem eſſe perpendant, quæ modò victum erigit, victorem affligit. *Jovius de bello. Neapolitano.* aut SPERATA VICTORIA. *Ventura de Valentiis in partb. litig. cap. 2. num. 7. 6.* Et hæc viribus non propriis, ſed Deo aſcribenda. *Gregor. de loc.* Eiq; pro illa gratiæ ſunt agendæ. *Jud. cap. 7. 1. Samuel. 14.* Leniter inſuper & moderatè eâ utenda, quæ enim victori inſolentiam parit, peſtilentior clade. *Kirchner. de repub. fol. 297.* Cogitandum, vitream eſſe fortunam tùm enim cum ſplendit, frangitur. *Cicero pro Milone.*

63. Audiamus Onoſandrum graviſſimum, graviſſimè in ſuo ſtrategico cap. ult. loquentem: dum ait, poſtquam omnia feliciter & ex animi ſententiâ ceſſerunt, fine bellicis negotiis impoſito, caveat Imperator., ne ob res ſecundas elatior aut gravior videatur, ſed placitus ſit & benignus, neve

faſtum

faſtum minaci ac truculento vultu præ ſe ferat, ſed civilem & amicabilem benevolentiam comiter omnibus exhibeat: Illa enim invidiam & livorem gignunt: iſta mutuum amorem conciliant. &c.

64. Victoriam ſequitur pax aurea. *Althuſ. pol. cap. 36. num. 61.* bellum enim geritur, pax ut quæratur, non viceverſa. *c. noli exiſtimare. 23. q. 1. c. apud. 32. q. 2. Hilliger in Donell. Enucl. lib. 4. cap. 21. l. a.* Hujus & nomen dulce eſt, res verò ipſa tùm jucunda tùm ſalutaris. *Cic. Phil. 13.* quâ non modò ii, quibus natura ſenſum dedit, ſed etiam tecta, atq; agri lætari videntur. *Eraſm. in Prov. Lipſ. l. 5. cap. 19. Geil. l. 1. cap. 4. num. 43. de pace publ.*

65. Expeditis belli actibus deſcendimus breviter ad ejusdem effectus, qui ſunt varii. *Vaſquius. quæſt. illuſt. cap. 1.* nimirum Vaſtationes. Incendia. Rapinæ & Captivitates. &c. Comprobat hoc Scaliger in carmine quodam dum exclamat: O inſignis Græcia & horribilis, quis non tuam indoleat vicem! O Oriens corruſcans, propriis diſſidiis exhauſta, & varia regum arma & regna magna armorum vi munita, diruta, evulſa, everſa jacent. Quis captivorum conditionem non deploret! qui ad munia quæq; viliſſima adiguntur & morte quavis graviora ſupplicia experiuntur. *Schonborn. lib. d. cap. 34. in princip.* Etenim cum conſervari quod poſſit, non oporteat interimi *Inſtit. §. 3. de Jure perſon.* longè conſcientioſius agunt, captivos qui non occidunt, ſed ſervant. *Seneca de vita beata. cap. 25.* Imò longè major eſt gloria ſervati hoſtis, quàm cæſi, tantoque triumphus illuſtrior, quantò plures relicti ſunt, de quibus triumphetur *Æneas Sylv. lib. com. cap. 34.* Hinc Ageſilaus Rex Spartanorum in concione ſolebat admonere milites, ne captivos, ut facinoroſos cruciarent, ſed ut homines ſervarent. *Xenophon. lib. 2. de rebi Græcor.* id quod juri belli antiquo correſpondet. *argum. l. pupillus. 239. §. ſervorum. 1. ff. d. verb. ſignif. §. 3. Inſt. de jure perſon. Myſing. in com. ad dict. § 3. num. 3. l. ſi quis ingenuam. 21. §. in civilibus. ult. ff. d. capt. & poſtlim. reverſ. l. hoſtes. 24. in fin. ff. d. tit. l. ſervus. 7. in fin. ff. d. ſerv. exportand. l. ut vim vi. 3. ff d. Juſt & Jur.*

66. Parcendum igitur dedititiis, ſpontanieque ſeſe ſubjice-

ſubjicere volentibus *Bocerus* *cap. 27. num. 3.* reſiſtentibus verùm, malaque facta defenſuris, obſiſtendum. *Robertus Marant. diſputat. 1. num. 16. item 17. l. minimè. 35. ff. d religioſ. & ſumpt. funer. l. neceſſarium. 2. §. & cum placuiſſet. 24. ff. d. orig. Jur. Vaſquius lib. 1. controv. illuſtr. cap. 8. num. 18. & ſeqq. & cap. 18. num. 10. 11. & cap. 1. & 2. Lancell. in templo omnium judic. lib. 1. cap. 1. §. 2. q. 6.* Et ſic præſentem συζητησιν Poetæ verbis propriam populi Romani notam deſcribens, finimus.

Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.

Coronidis loco quærimus.

1. *Si Vaſallus, Domino feudi bellum gerenti, velit perſonaliter auxiliari, Dominus autem petat pecuniæ quantitatem, cujus ſit electio?*
2. *Utrum Vaſallus, homo nobilis, famoſus, per ſubſtitutum Domino ſuo in bello ſervire poſſit?*
3. *Utrum Vaſallus Domino ſerviens per ſubſtitutum minus idoneum feudo poſſit privari?*
4. *An bellicoſiſſimus Chriſtiani exercitus belli Dux Hunniades rectè dicebatur fulmen Turcarum.*

MEnte Volutantem ſinuoſa Volumina juris
Quis non pro merito condigna laude bearet?
Wolffi, ſpes Patriæ, gentis præfulgida ſtella
Quis non laudaret generoſi pectoris illud.
Conamen pulchrum quod tentas præſide magno
Rimero, ſcandens cathedras & pulpita noſtra
Publica, de belli natura jureq; ſcitè
Riteq; diſſertans, dum vincla tenacia ſolvis.
Perge, ità dignus eris quem lauru Aſtræa decoret.

F.

In honorem Conſalini ſui dilecti
Johann. Himmelius D. & P. P.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.